

fuisse, sed ex antiquissima traditione a maioribus accepisse. Haec igitur ex תֵּר מושחין את הפלכינס כמיין נזר ואת GEMARA habe: הכהנים כמיין כי אמר רב פנשיא כמיין כי יווני תנוי חרדא בתקלה מציק שמן על האשנו וא"ה נותן לו שמן בין ריסוי עיבנו ותנוי אחריתו בתקלה נותן לו שמן בין ריסוי עיבנו וא"כ מציק לו שמן על האשנו. Tradunt doctores nostri: ungebant reges in forma CORONAE, et pontifices in forma Chi; dicit Rabbi Menassija: in forma CHI GRAECI. Alia habet traditio, primo effundebat oleum super caput illius, et deinde dabat ipsi oleum inter palpebras oculorum eius; alia uero traditio exponit: primo dabat ipsi oleum inter palpebras oculorum eius, et deinde effundebat ipsi oleum super caput eius. GEMARAM excipiat TOSAPHTHA, <sup>c)</sup> alia eaque ultima Talmudis pars, quae eadem fidem, atque auctoritatem, quae GEMARAE tribuitur, inter Iudeos nausta est.

Ea non solum repetit uerba GEMARAE, sed figuram crucis, qualis S. ANDREAE fuisse creditur, oculis nostris subiicit: כטו נזר סבוב על ראשו כמיין כיאות יוונית ועשויה כזה א שמציק שמן על ראשו ואחר כן בין ריסוי עיבנו ומצטרפן באצבעו דרכ Sicut corona (scil. fiebat unctio regis) circa caput eius, secundum speciem CHI (scil. fiebat unctio Pontificis) LITERAE GRAECAE, et modus eius fit secundum hanc figuram X. Ille, qui effundebat oleum super caput eius, postea quoque inter palpebras oculorum illius, coniungebat illud digito suo in fronte. Celeberrimi duumiri, interpretes Talmudis doctissimi idem perhibent. Ita scilicet exposuit MAIMONIDES ad Codicem de Excisionibus: <sup>d)</sup> מושחין אותו שיוצקין ממנו על ראשו יציקה ומושחין גבות עיבנו כמו כף יוונית שהיא כן והוא שנ' ויצק טפטן המשחה על ראש אהרון וימשח אותו לكرשו. Ungunt eum, qui

<sup>c)</sup> ad Codicem Cheritut f. 77. b. edit. IMMANVELIS BENEVENISTI.

<sup>d)</sup> f. 379. b. edit. Tridentinac.